

Statione dona sua largiter præbet, cum quibusdam deprecantibus interponat moras, idque, quod omnibus concedit, quibusdam denegat. Cum meus Iesus, hostiam salutarem se Patri pro omnibus offerens, in Cruce penderet. ad illius pietatem confugiens vnus bonus Latro misericordiam impetrat.

2. In illo ciuili bello, postquam debellatus est Absalon cum magna parte Iudæ, quæ contra regem Dauid rebellauerat; tunc Rex eis veniam concedit, ac impunitatem pollicetur, vt communiter notant Expositores, Abulensis, Sanchez, Cornelius in 2. Regum cap. 19. num. 12. Accedit Semei, qui maledixerat regi, pro se misericordiam postulans. Cui, cum restitisset Absalon, ait Dauid: Cur efficiamini mihi hodie in Satan! Ergo ne hodie interficietur vir in Israel, ibidem num. 22. Cur in illa die nullus erat occidendus, si aliàs morte dignus extitisset? Aderat Rex omnibus indulgentiam præbens; non decens videbatur, vt vni benignitatem postulanti denegaret. Abulensis quæst. 25. Noluit, ait, quod occideretur aliquis in illa die ex sola benignitate, quia ipse remisit liberaliter iniuriam omnibus, qui eum contempserant, & nec vindicauit illam.

Abulensis. Sanchez. Cornel. 2. Reg. 19.

43. Matth. 15.

Iniquis calumniandi anse amputanda.

44.

45. 1. Reg. 18.

Præclarum verbum, concessum donum.

Cassiodor.

Tertio. Christus Dominus veniebat ex finibus Tyri, & Sidonis, vbi Chananæ filiam à Dæmonio liberauerat. Cum ergo ad mare Galilææ multa edidisset miracula, vt narrat D. Matthæus 15. num. 30. inter quæ hunc surdum, & mutum, his hominibus deprecantibus, tam promptè sanauit: ne dicent Iudæi, quod apud Gentem miracula faciebat, non verò apti d eos, cum ad ipsos esset missus. Vt ergo impiorum ora obturaret, etque calumniandi ansem amputaret, tam festinanter, ac sine cunctatione miraculum perpetravit.

Quarto. Audita supplicatione eorum, quæ surdum, & mutum adducebant, nullo dato verbo, miraculum operatur. Sed cur non aliquod interponit verbum? Volebat beneficium conferre, & gratiam dare; & vbi beneficentia se prodit, ac manifestat, verba minimè requiruntur, aut exoptantur.

Percusso Goliath. Præcinebant mulieres per choros dicentes: Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Postea verò, Percussit ex Philistinibus ducentos viros, & attulit eorum præputia, & annumerauit ea regi, 1. Regum 18. num. 27. Inter quos viros occidit multos duces, & fortes milites: nulla tamen ab aliquo fit lauda:oria proclamatio. Cur illic tot voces resonant; hæc verò nulla vox intonat? Gigante occiso nullum beneficium collatum est Dauid, cum aliàs ipse esset pauper quidam pastor; vocibus enim egregium facinus persoluebatur. At interfectis ducentis Philistinæ, Michol filia Regis data est ei in uxorem; cum ea quæ multæ possessiones, ac redditus sunt ei attributi, vt generum Regis decebat. Et cum tam larga est in Dauidem beneficiorum manus expansa, inde subtracta sunt verba; nec enim hæc exoptantur, vbi dona diffunduntur.

Præclare Cassiodorus lib. 5. variarum cap. 3. Illustrissimum verbum concessum donum.

QUESTIO VII.

Quare Dominus, non in media turba miraculum operatur, sed seorsum apprehendit surdum, & mutum?

MAXIME videbatur expediens, quod Christi diuinitas ab omnibus perciperetur ex eo, quod ipse in omnium præsentia miraculum perpetraret, vt sæpe fecisse, ex Euangelio constat. Ad quid extra turbam hunc abduxit infirmum?

Respondet. Primò Euthymius: Quandoque miracula coram multis operabatur propter spectantium utilitatem: interdum verò separatim vt laudem fugeret. Christus in edendis miraculis, non sui ostentationi, sed nostræ utilitati consulebat; & sic aliquando inspectante turba, ob illius magnum bonum miracula faciebat, aliquando verò priuatim, ne popularem applausum affectare videretur; instruens nos ad sectandam humilitatem, quæ maximè ad magna perpetranda inseruit. D. Chrysostomus in Catena aurea: Seorsum, ait, à turba oblatum surdum, & mutum apprehendit, vt diuina miracula non faceret manifeste; instruens nos vanam gloriam eijcere, & tumorem. Nihil enim est, ex quo aliquis sic miracula operetur, sicut si humilitatem colat, ac modestiam sequatur. Vide tom. 2. & 3. verbo, Iactantia.

Secundò. Idem Euthymius: Apprehendit eum à turba seorsum, hoc est, assumpsit: separauit, ne miracula videretur spectaculo exponere, & maximè cognoscens multitudini quosdam immixtos esse, qui reprehenderent. Seorsum seduxit Dominus hominem ad perpetrandum miraculum, aderant enim multi in turba, qui miraculum calumniarentur. Sic sæpe contingit, vt ex beneficio illato homines ansem detrahendi arripiant. Hanc occasionem euitans Dominus mutum seorsum apprehendit.

Tertio. D. Hieronymus, Beda, Haymon, Eusebius Gallicanus homil. in Domin. 12. post Pentecost. Hac enim turba, ait, de qua hic homo à Domino trahitur, victorum est multitudo, & malignorum spirituum turbulenti exercitus. Qui enim de hac turba non trahitur, à Domino non sanatur. Hoc facto indicat Dominus, quod si quis infirmatur spiritu, vt mereatur sanari, debet separari à turba, quæ, vt inquit D. Antonius Vlyssipon, in præfata Domini-ca, dicitur à turbando, quia dissosa est. A turbulenti cogitationibus, & actibus inordinatis, sermonibusque incompõsitis educatur homo, vt in spirituale salutem conualescat.

Quarto. Glossa Interlinealis. Apprehendit eum de turba seorsum. Hoc est, de strepitu mundi. Cardinalis Hugo: Qui vult sanari à peccatis, debet tumultum mundi euitare. Vt homo à vitiiis, ac peccatis sanetur, debet fugere, ac euitare mundanos strepitus, ac mundalia negotia, quæ potissimè animum distrahunt, ac salutis viam impediunt: maximè enim expedit, ab his mundialibus segregari.

Quinto. Simon Cassianus lib. 5. cap. 25. Provisus medendi archiarius, ait, primò sanandum retrahit à prohibentibus sanitatem. Nempe ab occasione peccati, ac societate malorum, quæ frequentissime spirituali vitæ obsunt, ac in obstaculo sunt: occurrunt enim animæ ad Deum redeunti, & perstreperunt

46. Ratio difficultatis.

47. Euthym.

Iactantia fugienda.

Chryso.

Humilitas ad miracula operanda.

48. Euthym.

Ex beneficio sæpe oritur detractio.

49. D. Hieron. Beda Haymon. Euseb. Gall.

A vitiiis separatur homo, vt sanetur.

Ant. Vlyssip.

50. Glossa. Hugo.

A mundi negotiis separandum.

51. Cassian.

Malasocietatem vitanda.

streperunt valde in auribus cordis nostri, vt nec possumus intelligere potiora.

52. Carthuf.

Reprehensio vnus in secreto, & non in publico fit.

53.

Marc. 9.

Theophyl.

Iactantia fugienda.

Luc. 9. Inrepatio coram multis faciend.

54.

Matth. 26.

Maldon. Barradas. Burgenf. Cornel. Hieron. Chrysof. Paschas. Beda. Theophyl. Euthym. Matto 26.

Reprehensio vnus in publico vitanda.

Sextò, Carthusianus. De turba seorsum, ait, vel quia digna non erat videre mysterium huius miraculi: vel ad designandum, quod spiritualiter surdi, & muti secreta admonendi sunt, atque docendi, ne ex humano rubore retrahantur ab aduertentia, & penitentia. Ad surdum, & mutum in suis vitiiis sanandum, optimum medicamentum priuata correctio; publica enim reprehensione aliquando fit homo impudencior, & obstinacior: seorsim admonendus est, ne verecundia afficiatur, qua hebes, & tardus ad penitentiam fiat.

Pro filio damoniaci vnus de turba Christum rogabat dicens: Si quid potes, adiuua nos. Ad quem Christus: Si potes credere; omnia possibilia sunt credenti. Cumque pater multis lachrymis, ac vocibus pro filij salute instaret, iis vocibus turba commota ad spectaculum euoluait. Quid tunc Christus Dominus? ait Euangelista: Cum videret concurrentem turbam, comminatus est spiritu immundo, dicens, illi: Surde, & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, Marc. 9. num. 24. Ac si diceretur: Concurrenti populo Dominus præcurrit, & antequam multi spectatores aduertarent, puerum sanauit. Quorsum tamen populum conuolantem non expectauit, vt plures suæ potentia testes adessent? Theophylactus in catena aurea ait: Ideo autem Iesus, cum videret, turbam concurrere, comminatus spiritui immundo, quia nolebat coram turba curare, vt ostentationem fugere doceret. Optima sanè ratio. Dicam tamen in rem nostram. Quod hoc facto moner Christus Dominus, qualiter homo vitiiis, & peccatis à Dæmone possessus curandus sit: Comminatus est spiritus immundo: comminatione, ac increpatione. Lucas scribens eandem historiam cap. 9. num. 43. Inrepatit Iesus spiritum. Increpandus est in secreto, & non in publico, ac coram multis, ne sui infamia cognita, ac verecundia deposita, inutilis, ac incorrigibilis ad disciplinam euadat. Et ideo concurrente populo Dominus præcurrit increpatione.

Valde periculosa est vnus coram multis reprehensio. Pro quo magnum documentum nobis præbet omnium Magister. Ad Patrem orauit Christus in Horto: & tunc reuersus ad Discipulos suos, cum inuenisset eos dormientes, dicit Petro: Sic non potuisti vna hora vigilare mecum? Matth. 26. num. 40. In exordio orationis cum Petro loquitur: Dicit Petro: tamen statim ad omnes conuertit sermonem: Sic non potuisti vna hora. In plurali est verbum, & cum omnibus suis Discipulis verba facit, vt rectè notarunt Maldonatus, Barradas, Lucas Burgenf. Cornelius. Cum Christus in præfata inuenisset suos Discipulos dormientes, inchoat increpare Petrum, vt notarunt D. Hieronymus, D. Chrysostomus, Paschasius, Beda, Theophylactus, & Euthymius, quia ipse paulo ante in Cenaculo auaçter dixerat: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo, Matth. 26. num. 35. Si increpatio in Petrum inchoata est: Dicit Petro: cur diuinus Magister veluti, ac vt nostro dicendi modo, reuocat gradum, & ipsam increpationem iaculatur in omnes, ac si dicat: Vos omnes Discipuli mei non potuistis vna hora vigilare mecum? Ad quid tendit huiusmodi orationis dispositio? Vt præclarum documentum nobis præbeat diuina Sapiencia, quàm cauenda sit vnus reprehensio, vt pote valde periculosa coram multis. Sylueira in Euang. Tom. IV.

tis: & ideo increpationem, quæ incepta erat proferri in Petrum, quodammodo reducit, ac in omnes Discipulos contorquet, ac iaculatur, ne coram aliis Petrum reprehendere videatur.

QUESTIO VIII.

Quare ad hoc miraculum perpetrandum vitur Christus Dominus digitis, & salina?

ARI sunt modi, variæque ceremoniæ, quas Christus in miraculo edendo adhibuit; cum tamen solo verbo id operari potuerit. Primò, apprehendit eum de turba seorsum, vt iam explicauit superiori quæstione. Secundò, ait Simon Cassianus lib. 5. cap. 25. Conuertit illum Saluator ad se, vt facerem vnus esset aspectus; ac si ad notitiam inuitaretur Creatoris eius, ad cuius imaginem factus est: sæpe enim fixo intuitu causatur amor, & cognito beneficia largiente, si non diligebat, saltem rependit amorem. Vt habita cognitione sui Saluatoris, siquæ benefactoris, eximio amoris affectu in ipsum rapiatur. Tertio, misit digitos in auriculas eius. Quarto, expuens tergit linguam eius. Quintò, eleuat oculos in cælum. Sextò, ingemuit. Septimò, adhibet verbum Ephpheta. De tibus his vltimis ceremoniis dicam in sequentibus, de tertia, & quarta in præfata est agendum.

Primò, Victor Antiochenus, Inset digitos in aures, ait, cum solo verbo miraculum parare voluerit, quo corpus modo, qui verbis exprimi nequit, ipsi vnium, animæ, intelligenti, ac rationali informatum, diuine virtutis vim, & energiam obtinere commoueret. Idem docent Theophylactus, & Euthymius. Poterat Dominus solo suo verbo, ac nutu hominem sanare; tamen vitur digitis, & salina, vt ostendat, carnem suam esse viuificatricem, & sua omnia salutifera. Non semper Christus Dominus vno, & eodem modo, sed variis voluit nobis suam diuinitatem, ac potentiam manifestare. Aliquando mortuos, damoniacos, ac ægros solo verbo sanauit. Aliquando verò impositione manus, tactu, salina, & luto. Et quantum in his coniecturari possumus, etsi præcipuæ rationes nos lateant. Disposuit Christus Dominus suam diuinam potentiam quodammodo accommodare ad modum naturalium agentium, ac ad hominum morem. Qui enim surdi existunt, aliquo impedimento videntur obruratas habere aures: ideo immisiss digitis eas quodammodo ostendit aperire. Et qui mutus est, seu potius balbus, vt erat iste homo, præ nimia oris siccitate, lingua palato, ac faucibus ei adhærebat, ideo loqui nequibat. Quo sensu dicebat Dauid: Lingua mea adhesit faucibus meis, Psalm. 21. n. 16. Et ideo Iesus salina humectat linguam, vt ad loquendum fiat expediens. Diuina Sapiencia sic disponebat res, vt communi agentium modo condescenderet. Hæc mihi videtur potissima ratio.

Secundò, D. Hieronymus, Strabus, Beda, D. Gregorius homil. 10. in Ezech. Eusebius Gallicanus, homil. 10. in Domin. 12. post Pentecost. astuunt, Digito Christi Spiritum sanctum significati: nam Lucas 11. num. 20. scribit, Christum dixisse: Si in digito Dei eicio damonia, Matth. 12. num. 28. narrat, dixisse: Si in spiritu Dei eicio damonia. Nemo potest

55. Ceremonia, qua in hoc miraculo inueniuntur. Cassian.

Cognitio Creatoris amorem excitat.

56. Victor Anti. Theoph. Euthym.

Supremâ potentia communi modo agendi se accommodat.

Psalm. 21.

57. Hieron. Strabus. Beda. Gregor. Euseb. Gall. Luc 11. Matth. 12.

Divina sapientia ad recte agendum, à Deo petenda.

Sap. 9.

Septuag.

8.

Euseb. Gall.

Divina sapientia impedimento impedimentum soluit.

19.

Haymon.

Non prodest fidei confessio in ore, nisi sit in corde.

60.

Caictan.

Defectus devotionis adhibitione sacrarum rerum supplendus.

61.

Ceremonia Ecclesie veneranda.

62.

Dan. 10.

test intelligere, ac capere recta, ut oportet, nisi diuini inspirationibus imbuatur. Saliua autem, quae à capite defluit, diuina sapientia denotatur. Nullus enim valet caelestia, ac salubria meritorie, ac perfunctorie loqui, nisi diuina sapientia perfundatur. Vnde instantissime Salomon eam à Deo postulabat: *Mitte illam de caelis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuae, ut mecum sit, mecum laboret, Sapient. 9. num. 10.* Magna energia transferunt Septuaginta: *Mitte illam de sanctis caelis, & à sede gloriae tuae; mitte illam, prae uehementia desiderij non contentus fui semel dicere, mitte, sed duplicat uerbum, mitte, mitte, utpote rem sibi maxime necessariam postulans.*

Tertio, citatus Eusebius: *Expuit, ait, & tangit linguam eius, ut per hoc eum doceat, superflua cuncta abicere, si linguam uult habere solutam, & ad loquendum idoneam. Saep enim spiritum ad loquendum lingua facit impedimentum. Est enim spiritum superfluum quadam. Sputum quid humani corporis superfluum est, linguaeque ad loquendum impedimentum. Haec est altitudo diuinae Sapientiae, ut impedimentum impedimento soluat; & id, quod censetur obstaculum, si è manu Christi ueniat, nobis est uitae, & salutis medicamen.*

Quarto Haymon. Per curationem huius infirmi conuersionem Gentium interpretatur, quae daemone cultu tenebantur. Per sputum ex ore doctrinam Euangelicam intelligit, per quam Dominus populum Gentilem ad fidei cognitionem traduxit. Per digitos autem in aures immisos Spiritus sancti dona in Gentium animos infusa exponit, ut ipsi in cordibus suis ueram haberent fidem, confessio enim fidei, nisi & in corde sit, in ore non prodest.

Quinto Caictanus. Nihil, ait, de huius surdi fide, ac deuotione apparet. Offerentium autem illum minor fides significatur, quum describuntur precantes, ut imponat illi manum. Vndique ergo deficiente fide, supplet Iesus gemitu, susceptione in caelum, & applicatione propriae carnis, ac sputi, tanquam instrumenta sancta adhibendo; nam sancta erant omnia, quae Iesus erant. Et instruxit per hoc Discipulos ad supplendum quandoque orationibus, & adhibitione sacrarum rerum ea, quae defunt ex parte aliorum. Haec Caictanus.

Sexto. In sanando hoc infirmo tot ceremonias adhibet Christus Dominus, ut instruat suos Discipulos, ut in spirituali fidelium salute administranda ceremonias imponant, tam cum Baptismum, quam dum alia sacramenta, relique sacras administrant. Ex quo maxime uenerandae, ac reuolendae sunt ceremoniae Ecclesiae, in eis enim multa latent mysteria.

Septimo. Misit digitos in auriculas eius ad sanandum hominem hunc. At cum Daniel magno pauore tenetur, Angelus eum manu corroborat. *Non remansit in me fortitudo, sed species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quidquam uirium. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, Daniel. 10. n. 8. Et iterum n. 9. Nil in me remansit uirium, sed & huius meus intercluditur. Rursus ergo tetigit me, quasi uisio hominis, & confortauit me. Huius daemone duo admoventur digitum, ut dixi in expositione; Prophetae uero non tantum vnus, vel alter digitus, sed tota manus semel, & iterum. Moraliter, Manus, quae tetigit Prophetam, manus erat ministri, nempe Angeli. Digitum autem in hunc hominem immisit, digitum*

erant Domini, estò minimi digiti, ut uult Cassianus item citatus in expositione. Et plus praestat vnus minimus digitus Domini, quam tota manus ministri. Vel dic, quod Propheta timore erat correptus: iste autem homo à Daemone possessus, ut uult Theophylactus. Digiti huic homini admoventur; tota uero manus Prophetae. Quodammodo, ut ita dicam, plus exigitur ad expellendam metum ab animo formidoloso, quam Daemonium à corpore obfesso.

Octauo Carthusianus. Misit digitos: *Per digitos, ait, ratione articulationis, & distinctionis ipsorum, significatur discretio; ad aperendum autem aures interioris hominis, spiritualiter surdi, discretio magna exigitur. Et expuens tetigit suo spiritu linguam eius; quia per saliuam, sine qua uerba formari non possunt, perfecte sapientia figuratur. Ad perpetrandum miraculum digitos, ac sputum adhibet, per quae discretio, ac sapientia denotatur, quo alitè instrumitur, ut recta sit operatio, discretione, ac prudentia esse utendum.*

Israel diligebat Ioseph super omnes filios suos, Genes. 37. num. 3. Quam huius dilectionis causa, ut plus careris diligeretur, cum communiter primogenitus in maiori soleat haberi pretio, imò plus diligi, quam alij: Si autem dicitur, quod ex eo plus diligebatur, quia erat filius senectutis, ut Scriptura innuit, eo quod in senectute genuisset eum; hac de causa plus diligendus Benjamin, utpote iunior. Quae ergo tanti amoris ratio? *Eo quod in senectute genuisset eum, seu, ut explicat Rupertus apud Lippomanum, in matura senectute, hoc est in consummatione, ac perfectione uirtutum. Cui morali expositioni fauent Burgenfis, cum Iosepho, & Theodoro. Et tunc diligitur Ioseph, qui discretio, ac prudentia interpretatur, teste Richardo de S. Victore. Nihil enim magis intenditur, ac diligitur à consummata, ac perfecta uirtute, quam discretio, ac prudentia in suis actionibus; nam cum ipsa consistit uirtutum consummatio, sine ipsa uero uirtutes corruunt, & uertuntur in uicia. Richardus de S. Victore de praeparatione, ac contemplatione lib. 1. cap. 48. Quia, ait, quis nescit uera animi bona sine discretionis, nec posse acquiri, nec posse conseruari: merito ergo illa uirtus singulariter diligitur, sine qua nulla conseruitur, nulla consummatur.*

Multo cultu, magnoque uestium apparatu summum Sacerdotem exornari, auro, hyacintho, cocco bis tincto, & multis aliis iussit, tandemque ait *Moyse Deus: Facies laminam de auro purissimo, in quo sculpsit opere calatoris sanctum Domino, ligabisque eam uitta hyacinthina, & erit super tiarum imminens fronti Pontificis, Exod. 28. n. 37.* Ad quid super rot ornamenta ponitur lamina aurea imminens fronti, ac oculis Pontificis, in eo insculptum sanctum Domino? hoc est scientia, ac sapientia Dei. Quia, ut quis rectè in se habeat aurum iustitiae, hyacinthum puritatis, coccum bis tinctum, nempe charitatem erga Deum, & proximum, ac baltheum fortitudinis, debet habere ante oculos, ac in mente fixam ueram scientiam, ac sapientiam Dei, quae in omnibus suis actionibus dirigitur, sine qua omnes aliae uirtutes nec consistunt, nec conseruantur. D. Hieronymus Epistol. ad Fabiol. *Lamina aurea, ait, rutilat in fronte: nihil enim nobis prodest omnium rerum eruditio, nisi scientia coronemur: lanis induimur, ornatur hyacinthinis, sacro baltheo cingimur, dantur nobis opera, rationale in pectore ponitur, accipimus ueritatem, profert sermo doctrinam, imper-*

scit.

Cassian. Plus ualet minimus Domini digitus, quam tota manus ministri.

Plus requiritur ad expellendum metum, quam daemone aliquando.

63. Carthusian.

Nostra actiones discretionis sunt dirigenda.

64. Genes. 37.

Rupert.

Burgenf. Ioseph. Theodor.

Sine discretionis uirtutes deperduntur.

Rich. Vict.

65. Exod. 28.

Pauis profane animi ornamenta, nisi superna scientia dirigan, tur.

Hieron.


scilla sunt uniuersa, nisi tam decore curru dignus quareatur auriga; super Creaturas Creator insistent; rogat ipse, quo condidit. Expende uerbum, Nisi scientia coronemur. Et si hac coronamur, Creator insilit, & regit.

Marci 7. n. 34. Et suspiciens in caelum ingemuit, & ait illi: Ephpheta, quod est adaperire.

VERSIONES.

Syriacus. Et suspexit in caelum, ac suspirauit, dixitque ei: adaperitor.

EXPOSITIO IV.

66.  **V**INTA circumstantia, Suspicions in caelum, nempe ad Patrem regnantem in caelo, à quo, ut à fonte, omnia nostra bona, omniaque malorum medicamenta fluent. Ingemuit. Sexta circumstantia. Gemitus fuit per modum cuiusdam uehementissimae orationis, ut suo exemplo nos doceret, ad magna impetranda, Deo cum efficacia exorandum. Et ait illi, scilicet surdo, & muto, Ephpheta, quod est aperire, quod idem ualet, ut habet Syriacus, ac adperitor, uel estò apertus. Quod refertur tam ad aures, quas tenebat clausas, quam ad linguam, & os, quod impeditum habebat, ut Deus, qui vno uerbo hominem fecerat, vno & uerbo restitueret. Interlinealis, *Vno uerbo curauit, quia Deus vno uerbo cuncta sanat; homines uero multa dant uerba, & in illo medicamen praebent.*

Syriac.

Interlin.

67.

Cur Syriaco uerbo uocatur Euangelista.

Syriacum uocabulum, quo Saluator ad edendum miraculum est usus, apponit Euangelista, non quia illud uocabulum in ea lingua maiorem vim retineat, quam si in alia lingua fuisset expressum; quamuis enim Christi uerba multae essent efficaciae, utpote instrumentum suae Omnipotentis uoluntatis; tamen illa efficacia inest, non solum Hebraicarum, uel Syriacarum litterarum sonno, sed significationi, quae Christi uoluntatis est interpres, ut iam alibi dixi. Uitur ergo Euangelista tali uerbo, ut historia maiorem fidem conciliare ualeat; plus enim maiestatis, ac auctoritatis, plusque uenerationis ipsum, à Christo Chaldaice prolatum uerbum habere uidetur. Quemadmodum cum alicuius eminentis uiri, u. g. Aristotelis sententias pronunciamus, eo proferimus idioma te, quo editae sunt; ut sic enim plus gratiae, ac ponderis uidentur habere.

QUESTIO IV.

Quare Christus suspiciens in caelum ingemuit?

68.

Gregor. Beda. Theophyl. Enchym.

RESPONDENT primò ad has circumstantias huius miraculi, quae non ita in aliis sunt adhibita. D. Gregorius homil. 10. Beda, Theophylactus, Euthymius, quòd Christus orans Patrem suspexit in caelum, ac ingemuit; nam, ut ait Beda, *Suspexit in caelum, ut inde mutis loquelam, inde surdis auditum, inde cunctis infirmitatibus medelam doceret querendam. Ingemuit, non quia ipsi opus esset, cum gemitu aliquid à Patre petere.* Sylueira in Euang. Tom. IV.

re, qui cuncta petentibus donat cum Patre, sed ut nobis gemendi daret exemplum, cum uel pro nostris necessitatibus, uel pro nostrorum erratibus proximorum superna pietatis praesidia invocamus. Orat, non pro se, sed pro nostra doctrina, ut instruantur in nostris necessitatibus è caelo remedium querendum, & cum orandi modum docet, suspexit in caelum, ac ingemuit, ut habeamus documentum, quod oratio debet fieri semoto animo à terra, eleuata mente in Deum, ac magna cordis compunctione, ut medelam in nostris necessitatibus impetrare ualeamus.

Orandum semoto animo à terra, & in caelum eleuato.

69. Maldon.

Ioan. 11.

Omnia nostra Deo referenda.

Victor Ant.

70. Victor Ant.

Pro nostra miseris gemendum.

71. Chrylost.

Aliorum miseris suscipiamus, & eodolebimus.

72. Beda.

Christus se Deum, & hominem manifestabat: ut homo orat, ac ingemuit, ut Deus vno uerbo imperat, & dat sanitatem.

73. Lingua grae de hominis malum.

Luc. 11.

74. Marc. 9.

Hilar. Chrylost. Hieron. Paschal.